

lata cū de ea hic nulla fiat mentio. 7 q. fit vez aperte pbat in. c. i. de spon. li. vi. Et nō vnā bonā regulā ex hac gl. in mā extensionis q. vbi sic se hnt q. vñū venit consecutue ad reliquā vno imutato seu sublaro ē consecutiū intelligatur imutatum seu sublarū. ad h. tex. optimus in. c. miramur de ser. nō ordi. in. c. q.uis. in fi. de ele. li. vi. Et h. dictum gl. potes adducere ad qōnē nunqd in dispensatione sit fienda mentio specīfica de affinitate 7 publica honestate vbi simul coincidunt. aut sufficiat facere mentionē de affinitate. qō fu it ardua in romana curia. credo q. adhuc pendeat 7 allegabatur ista glo. q. sufficiat facere mentionē de affinitate q. i pntā fit de publica honestate. In p̄rium facit glo. sup arbo re consan. post prin. Sed concordādo dixi q. si publica honestas necessario cōprehenditur sub affinitate satis est d. af finitate fecisse mentionē 7 sic. pcedit ista glo. exemplum si i petro dispensationē vt liceat mihi ducere vxorē consanguinei mei defuncti non obstante affinitate in tertio gradu. nāz ex quo feci mentionē q. fuerat vxor consanguinei mei: p̄nter feci mentionē de publica honestate. 7 sic p. sequentiā vide tur sublata virtute dispensationis. Si vō non cōprehendit ex narratione verborū vtputa i petraui dispensationē vt lice at mihi ducere ticiā mulierē non obstante q. fit mihi affinis in tertio gradu non valet dispensatio si vltra affinitatē erat publica honestas. ex quo de ea non fuit facta mentio exp̄isse vel tacite. ar. in. c. ex tuaz. d. aucto. 7 vsu pal. nā affinitas po test sibi sine matrimonio. vt in. c. discretionem. s. ti. pxi. 7 h. cāu. pcedat glo. sup arboze. In glo. in v. secūdis nuptijs ibi in sponsa de futuro. Idem dic 7 fortius in sponsa de p̄ri ti. nam maior honestas exigit vt non ducam eā in vxorēz q. fuit sponsa de p̄nti p̄sanguinei mei q̄z ablineam ab ea q. erat spōsa cōsanguinei mei de futuro. 7 hoc voluit glo. in fi. 7 sic tenet doc. in. c. sponsam. 7 ibi dixi. s. de spon. In gl. in v. decetero. ibi non trabuntur ad p̄terita. nō glo. q. pōt fuisse in alijs terminis. ex hac enim glo. pōt inferri q. si re uocatur statutū nō censet reuocatus effectus iam causatus p. statutū. nec v̄t approbatus actus gestus p̄ antiquū statu tū. 7 iō excoīcatus ex antiqua lege indiget absolutione etiā post legē reuocatā. dic hoc. pcedere nisi in reuocatiōe dicat q. aliqua lex debeat haberi. p. i facta. tunc enī oīs effectus antique legis est sublatus ita vt excoīcatus non idigeat ab solutione vt est glo. in de. i. de sta. regu. in de. vnica. d. imu. eccle. 7 tene menti istas duas glo. sic intellectas. Et in fi. gl. bec vltima opi. cōmunitē tenetur 7 mihi satis placet fauor re matrimonij.

**U**ir qui. Distās a stipite q̄to gradu vel anteriori cū distante quinto v̄t vlt eriori p̄bere pōt hoc dictū cū gl. Casus l̄alis Duo volūt p̄bere m̄rimoniū vir distat a stipite quarto gradu: mulier vō ex alio latere distat ab eodē stipite quinto gradu. q̄rit an possint p̄bere matrimonij. 7 r̄ndet q. sic fm regulā illā q. d̄ q̄to gradu remotior: p̄sona distat a sti pite 7 a quolibet descendentiū p. aliam lineam ab eodē stipi te. Ber. In p̄mo q. regula magistrorū approbata a iure d̄z p. iure suari. Scōdo nō regulam infallibilem in cōputā dis gradib⁹ in linea trāsuersali seu collateralī vt quoto gra du distat remotior: vt in l̄ra. 7 pcedit bec regula in linea trāsuersali ēt inequali. exēplū in patruo 7 nepote. sunt enī isti in linea inequali. q. nepos descendit p. vnū gradum. vñ vbi linea non est equalis semp fit p̄putatio a remotiori. Si vō sunt in linea equali exēplū in filijs duorū frat̄z nō ē vis vñ fiat cōputatio. sed quoto gradu distat alter a stipite toto gradu sibi attinet. 7 iste sunt due regule in computādis gra dibus siue equandis inter collaterales. S̄z secunda ascen dentium regula est q. quot sunt persone tot sūt gradus dē pto stipite. 7 ideo demitur stipes quia filius est ex sanguine patris. vnde non fit descensus per duos gradus. sed tan tum per vnū de quo plenius in arboze consanguinitatis.

**De frigidis 7 maleficiatis 7 impotentia cocundi. Rubri.**

Uiso de plurimis impedimentis matrimonij qz frigiditas 7 maleficiū 7 generaliter ipotentia cocundi sunt impedimē ta matrimonij: iō post rubricas p̄cedentes subijctur ista. nam aduerte qz bec rubrica h̄z tres ptes. tractat enī de fri gidis. Itē de maleficiatis. Item de impotentia cocundi. et ideo adiecit de ipotentia. qz vltra frigiditatem 7 maleficiūz sunt 7 alij modi impotentie vtputa si vir est sectus seu caret virilibus. Itē potuit auctor addere istud tertū ad denoran dum q. sufficit allegare impotentiā cocundi. l̄z non specifice tur ipotentia cocundi. p. quo facit. c. ij. j. eodem. 7 qz aliter disponitur in frigido 7 aliter in maleficiato 7 aliter i alia im potentia cocūdi. Ideo auctor in rubrica voluit omnia ista specialiter attingere. 7 de his omnibus etiam tractatur in nigro.

**A**ccipisti. Difficilis est in suo intellectu 7 h̄z tria dicta. scōm ibi illa. tertū ibi si aut. 7 cōter non sum at pp. varietatē intellectu. Cai. l̄ral. Aliqs accepit aliquā in vxorē 7 cū ea per mansit p. mensem vel p. tres vel p. annum postmodū dicit q. est frigide nature. ita q. cū illa vel alia rē h̄e non pōt 7 hoc p̄bati per vez 7 rectū iudiciū pōt. debz separari. ita tñ q. si postea aliā accepit reus erit purij 7 acta p̄nta priora cōnubia restaurabuntur. Si vero ille prior p. annum aut dimidiū ad ep̄m reclamauerit dicens: q. eaz nō cognouit. ipse aut p̄ctum affirmat: ei credendum est cū sit ca put mulieris. quia si p̄clamare voluit cur tantū tacuit: cito potuit scire. si eam cognoscere potuit. si vero ab initio post mensem aut duos ad ep̄m p̄clamauerit dicens volo esse ma ter. Sed vir quē accipi frigide nature est: si hoc p̄bati pōt per rectum iudiciū separantur 7 mulier si voluerit nubat in domino. Ber. In p̄mo q. maritus pōt reclamare 7 pe tere separationē ēt ex impedimento. pueniente a se. interest enim sua vt segenē si non est inter eos vez matrimonij vt nō teneat ad onera matrimonij. Scōdo nō q. p̄fessionē cō iugū sup impotentia cocundi plene nō credit. vñ requirit alia. p̄batio vt possit seq. separationis suā. Tertio nō q. vir d̄z caput mulieris. p. h. c. cū caput. xxxij. q. v. Ultimo nō formā 7 practicā libellandi ex pte mulieris cū petu separatio nem pp. impotentia mariti. P̄ppo. s̄ter. p̄mo de. c. lauda bilē. j. eo. vbi d̄z q. si allegatur frigiditas debēt simul cōba bitare p. triēnium 7 postmodū iurare cū septima manu. p. p̄inquoꝝ. sed h. nihil d̄z de triēnio. ergo r̄c. Item s̄ v. illa. fa cit tex. in. c. fi. j. e. vbi mulier fuit audita post octo ānos alle gans impotentia mariti. 7 h. v̄t inui p̄rium. sed pp. bec 7 m̄ ta alia p̄ria que patit iste tex. doc. maxime Inno. varia scri pserunt ita vt potius intricetur q̄z ap̄iat intellectus hui⁹. c. sed vt clarius dicam capiēdo meliora dicerē q. principū c. d̄z intelligi qñ ambo cōiuges cōsintentur impedimētūz. 7 pōt p̄bati impedimētū p. aliqua signa frigiditatis 7 cū iura mento cōiugum 7 p̄p̄inquoꝝ. s. vt iuges iurēt de veritate p̄sanguinei. de credulitate. i. q. credāt illos vez iurare. bis p̄currentibus pōt matrimonium separari incōtinenti non ex pectato lapsu triēnij. illō vō triēniū requirit vbi prius p. alia signa v̄gētia. p̄bati non pōt. 7 hoc inuit tex. in. d. c. lauda bilem. ibi si frigiditas prius. p̄bati non possit r̄c. 7 sic intel ligo illa verba posita in tex. ibi p. vez iudiciū r̄c. nam tria sunt argumenta ad p̄bationē impotētie. p̄mū aspectus cor poris vt in. c. fraternitatis. j. e. nam sicut mulier pōt inspici ita 7 masculus. Scōm ar. est cōhabitatio triēnalis iuxta for mā dicti. c. laudabilē. Tertū est iuramentū. p̄p̄m cū septi ma manu. p̄p̄inquoꝝ. mō p̄dicto. vt. j. e. c. laudabilē. vt er go iste tex. p̄cordet cū. d. c. laudabilem. debem⁹ appellare hoc vez iudiciū qñ vltra iuramēta offerēt p̄batio p. signa i potentie. l̄z glo. videat tñ intelligere de iuramento. sed cer te h. non est sufficiens. p̄batio vt incōtinenti debeant separari. vt apte p̄bat in. d. c. laudabilē. v. illa. d̄z intelligi qñ mulier p̄fiteretur impedimētū 7 vir negat nec mulier proclamauit in exordio matrimonij. tunc enī qz cōcurrunt d̄te p̄sumptio nes s̄ mulierē. p̄ma qz tarde proclamauit. scōda qz vir dicit

**AD** m̄j

se ea cognouisse non dicitur mulier audiri intelligo quoniam veraciter non potest probare intentionem suam sed aliqua signa inducat tunc non dicitur excludi. si vero non audiat petens probationem de premissis sed post cohabitationem triennale audiet si probat per aliqua signa puta quod adhuc repit virgo. et offert iuramentum proprium cum septima manu propinquo. arg. in c. laudabile. j. eo. possit et intelligi iste virgo quoniam mulier erat corrupta. nam tunc de facili non potest probari impedimentum mariti. si autem loquitur quoniam mulier in nouitate proclamauit. et per aliqua signa potest probari impotentia mariti. tunc non dicitur audiri in continenti. put dictum fuit in pn. vbi discretus dicit esse iudex et semper potius erigere. probatorem superfluas defectiuas cum agat in separatione de piculo aiaz vt dicit Innocentius. et bñ vñ quandoque erigat duo ex illis tribus predictis argumentis. quoniam oia tria. quoniam sufficere vnica probatio. vt si e necessario concludens. exemplum si ex toto virilia sunt amputata marito. nam tunc frustra exquireret. probatio. et ille tex. loquitur in impedimento frigiditatis. nam cum impedimento masculicij semper ad minus debent cohabitare prius per triennium quod cum illud impedimentum non sit naturale sed accidentale potest tempore remoueri. vt probat in c. fi. j. e. et sic intelligo istum tex. lz multa et varia h scribantur. In glo. i. vult ergo glo. quod iustum iudicium appellet hic iuramentum coniugum cum septima manu propinquo. sed mihi non placet h expositio. vñ diceret quod aut coniuges volunt in continenti separari non expectato triennio et opz quod impedimentum probet per iustum iudicium. a. p. aspectum corporis vt saltem appareant aliquid euidentia signa impotentie et tunc cum iuramento proprio et propinquo potest fieri separatio quod sentit tacite hic abbas. et ad h adduco. c. laudabilem j. e. fm intellectum que ibi teneo vt rectum iudicium ponat. p. remedio separato a iuramento coniugum et propinquo. et dic vt dicam in d. c. laudabile. In glo. iij. ibi. sed non credo quod hoc obstat. intellige hanc glo. quod primum matrimonium dicitur restaurari quo ad vinculum ex quo nunc apparet de potentia viri. lz respectu totius seu mutui seruitij serua distinctionem precedentem. vt si solus maritus fuit in dolo possit vxor petere separationem quo ad thorum per adulterium commissum cum illa alia. Si vero non fuit in dolo vel vterque commisit dolum tunc matrimonium vni reprobabitur quo ad oia. p. hoc. c. fraternitatis. j. e. et c. pe. et vlt. de adul. et sic distingue non. h. p. io. an. et hanc separationem primi matrimonij venit fructum quod sequit in glo. de. c. si per fornicarias. vbi dicit quod si matrimonium fuit separatum per masculicium viri. lz vir postea ducat aliquam et cognoscat non per hoc sepabitur primum matrimonium cuius fructus hic dicit. et in c. laudabilem. j. eo. So. glo. dicit aliud in separatione per frigiditatem et aliud per masculicium. et non reddit rationem diuersitatis. vñ aliquid dicere voluerit quod illud. c. in hoc sit correctum. et tu tene glo. et dic hanc esse rationem diuersitatis. nam frigiditas est impedimentum naturale non restrictum ad certam personam. vñ si vir postea cognouerit aliam appet ecclesiam fuisse deceptam cum eodem modo potuisset cognoscere primam. sed masculicium quod sit instigante diabolo restringit sepe ad certam personam vt oes possunt cognoscere propter vxorem. id si post diuortium ducat aliam et cognoscat non per hoc apparet ecclesiam fuisse deceptam. id non dicitur separari secundum et restaurari primum et ita. proprie loquitur illud. c. si per fornicarias. p. hoc. c. fi. j. eo. et sic intelligo istum tex. qui solet difficilis reputari. quia videtur deuiare a decisionibus alij. Ab.

**Q**uod sedem. Impotens ad copulam est impotens ad matrimonium prebendum siue sit impedimentum etatis siue nature. Non primo quod puer non presumit quod generare possit. et dicitur puer vsque ad xiiij. annu. de quo dicitur in c. puberes. et c. ij. de despon. i. pu. Secundo non ar. quod sufficit allegari viri impotentiam absque eo vt specificet qualitas impotentie. Item non quod idem opat impotentia temporalis quo ad tempus quod perpetua in perpetuum. vt patet in purificatione que hic fit inter puerum et impotentem. In glo. fi. ibi humanitatis solacium etc. exponit ista vba prout non. in. c. nuptiarum pal. in glo. in v. in quibusdam. fener. n. io. prebit. quod hz bitu quoniam reducibile ad exercitium. lz tex. dicitur intelligi de oino impotente. ideo dicunt hic doc. quod spado carēs vtroque testiculo non potest habere masculinum

secus aut si careat vno testiculo nō. et sic potest intelligi. l. si serua. in. §. spadone. ff. de iure do. et vide glo. in. c. bi. g. xxiiij. q. vii. q. tractat quod de eo quod hz virgā erectā sed non potest emittere semē per impedimentum naturale vel accidentale. et tenuit ibi glo. quod talis potest matrimonium habere cum possit mulierem puocare. sed cōter tenet fructum et hoc puto verius. quod ex quo non potest generare potest vxor dicere ego volo esse mater etc. vt supra. c. prior. in si. de h. aliquid. j. e. consultationi.

**E**x litteris. Naturale impedimentum ad copulam inseparabile arte medico rui matrimonium ipedit. primo consultatio. secundo rñtio ibi rñdemus. Casus litteralis. Quidam praxit cum quadā q. cum debitum reddere non possit. lz vterque legitime fuisset etatis mulier praxit tam graue infirmitate vxorio inutilis sit scā viro quod nullo modo eā cognoscere potest. queritur an debeāt separari. Respondet papa si viciū illud a natura praxit mulier. nec ope medicorum potest ei subueniri vir potest alia ducere in vxore. Ber. et dicit quod ad dirimendum matrimonium non sufficit quodlibet impedimentum ad copulam nisi sit tale quod arte medicorum reparari non possit et intellige quod possit fieri reparatio absque piculo corporis vt exponit tex. j. e. fraternitatis. In glo. i. in si. vult ergo glo. relata ad ter. q. impedimentum accis post matrimonium contractum lz nodū consummatū non tribuit facultatem sepandi matrimonium quod non. naz matrimonium contractum per verba de premissis quod semel tenuit non reperit posse separari nisi per religionis ingressum vt in. c. ex pte. et c. ex publico de puer. xiiij. credo in quod sit sufficiens causa vt papa possit illud separare si multum timeat de incontinentia sanā ad hoc quod non. in. d. c. ex publico. In glo. in ver. a. nā. aduerte lz tex. loquat de impedimento a nā dco. Idē dicit si impedimentum fuit accidentale dumō precesserit matrimonium p. hoc. c. pce. et c. se. in quibus solū ponderat impotentia coeundi et hec sententiā doc. j. e. c. pxi. vbi dicam.

**C**onsultationi. Contrahens scienter cum impotenti ad copulam ab ea non separat. h. d. primo consultatio. secundo responsio. ibi taliter. Casus literalis. Alique mulieres ita sunt clause et impotentes quod viris carnaliter commiseri non possunt. Queritur an possunt contrahere matrimonium et si contraxerint an debeant separari. Respondet papa non videtur credible quod aliquis cum talibus contrahat matrimonium tamen romana ecclesia consuevit in talibus iudicare vt si non possunt eas habere vt vxores. habeant vt sorores. Ber. et dicit primo quod cum oino impotenti ad copulam non potest consistere vxor matrimonium. nam desinit causa infortis matrimonij. nam nec per spem sobolis nec vt euitet fornicatio hoc matrimonium potest dici prebit. et id dicunt doc. hic et bñ quod si potens quod prius scienter praxit cum impotente prebit cum alia et matrimonium cum scda non obstante quod est obligatus cum prima ad morandū tanquā cum sorore. vide instantiā in eo qui praxit cum minore. nā lz sit obligatus ad expectandū donec pueniret ad maiorem etatem. vt i. c. de illis. s. de desp. i. pu. tñ si matrimonium cum alia praxit et matrimonium. vt non. in. d. c. de illis facit c. sicut. de spō. dicit tamē inno. et Hosti. quod tenet iste semper alere illā impotentē cum quod scienter praxit matrimonium quod bñ non. plus et dicunt quod si numeretur de fornicatione potentis poterit ecclesia sibi subuenire dando sibi lnam cum alia prebendi. ex quo cum prima non est vxor matrimonium remanebit tñ obligatus ad reddendū necessaria prime. Sed quero de quod impotentia verificat iste tex. quodam volunt intelligere quod mulier est multū arta. sed doc. cōter intelligunt in quacūque impotentia et si accūtaliter. pueniret impedimentum ante contractum matrimonium. p. hoc facit quod dixi. s. c. pxi. et hoc placet. quia eadez est rō in quolibet impedimento. Ultimo quero quid intendit lra dum dicit quod si talis scienter contrahit cum impotente habebit illā vt sorore. dicit io. an. quod secum debet caste viuere sicut cum sorore. nam sicut veri coniuges possunt promittere continentiam simul morando. xxxiiij. q. v. quod deo. ita et isti poterunt simul morari in continentia. Et pro hoc adduco tex. in. c. omnino. xxxi. distinctio. vbi paulus de vxor

ribus apostolorum dicitur. nunquid non habemus potesta-  
tem circūducendi mulieres sorores etc. unde coniuges ap-  
pellantur sorores in quibus non exercetur carnale comer-  
cium. sic puto quod capiatur veritas sorores. **In glo.** si ibi sic p-  
cipit iudicandum. si non procedit in sententia lata ordine iu-  
dicario seruato. quod tenentur alij iudicare sicut quod papa iudica-  
uit licet non precipiat sic iudicandum. ut in c. in causis. alle.  
in glo. sed intellige glo. non in sententia sed in consuetudine  
curie romane et sic sentit in si. nam talis consuetudo necessa-  
rio non est ab alijs seruanda nisi papa precipiat. de quo vi-  
de glo. in c. vnicuique. d. sum. tri. in ver. docuit. li. vi. unde laus.  
exponit hic text. iudicare. i. tenere. ut sit sensus quod consuevit  
romana ecclesia tenere ut habeatur ut sorores non autem ec-  
clesia romana precipit ut sic fiat. et hoc possit inferri quod ubi  
est contraria consuetudo illa seruanda est et non dispositio  
huius. c. quod ut dixi inter istos non est matrimonium. et ita in-  
telligit istam glo. etc.

**Laudabilem.** Si de impotentia coeundi constat statim ma-  
trimonium separatur. alias cohabitabunt coniuges per triennium et si cum septima manu pro-  
pinquorum iurant quod dederunt operam carnali copule et non po-  
tuerunt coniungi statim separantur: ita communiter sumuntur.  
sed ego aliter intelligo ut dicitur. j. et diuiditur in duas partes  
primo loquitur quando vnus coniugum dicitur infirmum et si  
et alter diffuset. secunda ibi si autem. quando vterque fatetur  
matrimonium non esse consummatum. Et prima pars subdi-  
uiditur. nam prima loquitur quando simul esse non consen-  
tiunt. secunda quando consentiunt ibi quod si. **Casus l. ralis**  
Quidam contraxit matrimonium cum quadam: tandem di-  
cit esse frigide nature. Queritur hic quantum tempus dan-  
dum sit illi ad experientiam copule conjugalis. **Respon-**  
**det** quod ab eo tempore quo celebratur coniugium et incipit  
simul cohabitare simul cohabitent per triennium dādo ope-  
ram carnali copule: si ante triennium probari non possit fri-  
giditas quo elapso si postea simul cohabitare noluerint: si  
miser per iustum iudicium probare potuerit quod cum ea coi-  
re non possit alium accipiat: et si ille aliam accepit separa-  
tur: si vero consentiunt simul esse: habeat eam ut sororem.  
Si autem confiteantur quod nunquam se inuicem cognoue-  
rit. vij. manu. propinquorum vel vicinorum bone fame si propinqui  
deficiant: iureiurando dicat vterque quod nunquam vna caro effecti  
sunt et tunc mulier poterit alium accipere: et si ille aliam acce-  
perit. de perurio notantur et acta penitentia cogantur ad pro-  
pina conubia redire. **Bernardus.** Nota primo ibi  
si frigidas prius probari non possit bonum et notabile text.  
quod ubi impedimentum potest in p̄n. pbari non est opus quod  
cohabitent per triennium vel quod inducat consanguineos ad  
iurandum. ut puta si probat quod vir habet membrum aridum  
vel quod ex toto sit seculum vel quod simile. nam frustra expectatur  
euentus cuius nullus induceretur effectus. ut in c. cum con-  
tingat. s. de offi. deleg. quod intellige in impedimento pro-  
pter maleficium. quod cum sit accidentale et possit remoueri ad  
tempus dicitur prius semper cohabitare per triennium iuxta for-  
mam. c. si. j. eo. **Ad secundo casum** in quo iurat tactis sacrosanctis  
scripturis seu euāgelij et sic requirit tactura euāgeliorum. non  
enim est iuri satisfactum si iuraret sine tactura. de quo vide glo.  
sing. in c. ut circa. de elec. li. vi. i. v. corporaliter. ubi dicit quod  
quod forma dispositio exigit tacturā non valet actus. nisi iuramē-  
tum fuerit corporaliter p̄stitum. et tenebis semper mēti illā glo. et  
vide ad m̄z glo. valde nobile in cle. i. de bere. in v. tacta. quā  
vide et nō. **Item** nō quod coniuges nō h̄nt iurare specificē super  
aliquo impedimēto. s̄ sufficit quod generaliter dicat quod nūquā potu-  
erūt p̄sumere m̄monium. **Item** p̄p. text. de p̄nate. nā in p̄-  
ma parte requirit cohabitatio triennij. in sc̄da pte v̄t inui opposi-  
tū. **So.** In i. intelligit p̄mā partē quā alter p̄stet impedimē-  
tū et alter negat. **Secundā** partē intelligit quā vterque confitetur. h̄  
enim casu potest statim separari m̄monium ad iuramentum coniugum  
et propinquorum. et h̄ iste intellectus videat cōis p̄ter hosti. q  
i propriat l̄ram in suo intellectu. mibi in nō plz. quod istud cōa-

bitare per triennium dicitur ad experientiam copule conjugalis. ut est quod fri-  
giditas prius vere probari non potest. ut patet in ter. s. h̄ rō forni. v̄t  
dicat sibi locū quā vterque p̄stet frigiditatem sine alia probatione  
quod v̄t asserit et alij negat. nā sepe dubitat v̄t frigiditas  
sit n̄tis et p̄petua an accidat et t̄p̄alis et id ex quo vere probari  
nō potest voluit text. ut debeat expectari per triennium ut appareat  
ex cursu t̄p̄is an sit p̄petua v̄t t̄p̄alis. **Item** text. in p̄n. dat idē  
c̄te triennij ubi prius frigiditas probari nō potest. s̄ p̄ p̄fessione  
coniugum nō h̄t v̄a. probatio ut in c. sup. eo. d. eo quod cogni. p̄sā. v̄ro.  
sue. nec iuramentum propinquorum sufficit. quod illi iurāt de credulitate.  
ut in glo. **Item** nō sine ministerio l̄ra in p̄n. fecit m̄tōe de u-  
sto iudicio. et sc̄da pte de iuramento coniugum et propinquorum  
et id intelligit quod aut potest impedimētum veraciter probari et tūc nō est  
opus cohabitatioe triennij et iuramento propinquorum. ut in p̄n. l̄ra a  
p̄rio. aut nō potest probari vere. et tūc si v̄t p̄stet et alter negat  
nō dicitur separari m̄monium nisi is qui statim m̄monium p̄bet ipe  
dūctū p̄ iustum iudicium. et intelligo h̄ casu iustum iudicium quod co-  
habitauerunt per triennium et postmodum probat per alij signa puta  
quod probat se v̄ginē fac ad h̄ quod nō. glo. xxxij. q. i. c. si t̄n̄ h̄er si  
sua magis euidētia possit illud tūc separari m̄monium cū iura-  
mento propinquorum. ut in c. i. v̄t. r̄i. s. e. **Si** v̄t p̄stet  
tur vterque s̄t aliter nō. probat debet s̄t cohabitare per triennium  
et postmodum iurare cū septima manu propinquorum. et sic intelli-  
go. **Si** autem v̄t quod dicitur h̄ d̄ triennio p̄cernit totā l̄az sequit̄ h̄u  
quod ego intelligo. et iste intellectus applaudet l̄re et est multum iur.

**Fraternitatis.** Propter rationem  
mulieris si apperit quod  
preter diuinum miraculum absque periculo cor-  
porali habilis reddi non potest separatur matri-  
monium re integratur tamen si postea appareat ecclesiam fu-  
isse deceptā. h̄. d. primo ponitur questio. sc̄do distinguens  
soluō. ubi quāuis tertio inferit ad alias duas quōnes. ubi per  
bec. **Casus l. ralis.** Quēdam mulier contraxit matrimoni-  
um cum quodam viro et cum eo per plures annos perman-  
sit nec potuit ab ipso carnaliter cognosci. archiepiscopus t̄ter al-  
t̄n̄doreni. negociū istud significauit episcopo suo. episcopus  
super hoc volens veritatem inquirere quasdam matronas  
ad presentiam suam vocauit d̄t̄t̄ct̄ illis iniungens sub pe-  
riculo animarum ut illam inspiceret v̄t̄z esset idonea ad  
copulā coniugalem. que tandem ea inspecta dixerūt quod nūquā  
poterit esse mater. et ideo inter eos diuortij. p̄mulgauit. mu-  
lierē inducens ut religionem iuraret perpetuam p̄t̄. eam  
seruatura: viro dedit licentiam p̄trahendi qui cum alia con-  
traxit. postmodum mulier illa carnaliter ab alio fuit cognita:  
reicta continentia quā p̄misit et cuidam **Su.** nomine nupsit  
negociū istud alt̄n̄doreni. ep̄s significauit d̄no pape. q̄-  
rēs quod sup̄ hoc esset agendū. rescribit papa ut in ter. ubi quā-  
uis igit. **Et** postea in si. ubi per bec. d̄. q̄ remanēt declarate  
due quōnes ex narratis. s̄. in p̄m̄ capitulo et dic ut ibi. **Ber.**  
**Item** nō p̄ ibi per multos annos quod impotentia alterius coniugum  
potest allegari post plurimos annos. nam tractu t̄p̄is non fir-  
mat m̄monium nullum. p̄ hoc. j. c. p̄xi. ubi post octo an-  
nos mulier p̄claim. iur. **Secundo** nō ibi per archiepiscopus t̄ter  
quod inferior ep̄s potest cognoscere de cā matrimoniali. et s̄one. s̄z  
doc. iste cognouit ex delegatioe ep̄i. et d̄ hoc vide ut plene d̄  
xi in c. i. de p̄sangu. et affi. **Tertio** nota ibi in l̄re parochie  
quod iudex ex officio suo potest allegato impedimento facere im-  
peditam et impotentem inspicere et quod matrone insipientes de-  
beant esse p̄uide et honeste et de parochia mulieris quā in-  
spicere debent. et hoc ideo. quod presumunt habere pleniores  
noticiam. ar. c. scriptum. et c. post q̄z. s̄. de elect. et consuluit  
hosti. quod prius faciant lauare mulieres in aqua calida et d̄m̄  
ibidem morari. nam per medicinas reddūt se quāz artas quod  
bus predicto modo obuiandū ē. **Item** nō ēt ibi simplici ver-  
bo an voto solēni etc. quod votū potest esse solēne ad impediendū  
et dirimendū matrimonium postea p̄t̄n̄ citra religionis igres-  
sus et clarū h̄. probat l̄ra in ver. nisi se voto. et nō recolo d̄ alia  
litera que ita bene h̄ probet sicut ista. et facit pro opinione  
do Anton. in c. rursus. s̄. qui cleri. vel vouēt. sed hodie ita  
mus. c. i. de voto libro. vi. et dic ut dixi in dicto. c. rursus.

**I**tem nota hic regulam satis norandam in materia matrimoniali q̄ onine impedimētuz viri vel mulieris q̄ facto humano sine corporali piculo remoueri nō pōt reddat quē inhabilem ad p̄trahendum matrimonium. secus ergo si facto humano pōt impedimentum reuocari. ¶ **N**ō ibi cuius a fili q̄ si mulier est cognita ab vno viro presumitur q̄ fit cognoscibilis a quolibet viro. puto tamen q̄ hec presumptio recipiat probationem in p̄trarium vt patebit ex. j. dicendis. ¶ **E**t ex hoc inferitur q̄ vbi duo parificantur data potentia exercitij in vno presumitur potentia etiam in alio. ¶ **N**ota etiam ibi p̄textu fornicationis q̄ si sponsa de presenti committit fornicationem pōt sp̄sus eius consortium declinare nō tamē matrimonium separaf. secus in sp̄sa de futuro. vt in. c. quēadmodum. s̄. de iureiur. ¶ **N**ota etiam ibi ar. iste dubitabilis r̄c. q̄ l3 regulariter error iuris non excuset vt i regula ignorantia de regu. iu. li. vj. si tamen error est probabilis excusat. ad hec. l. regula. ff. de iu. r̄ fa. igno. ¶ **E**t nota ex eodem verbo q̄ si probabiliter presumens se solutam alteri nubat non committit adulterium licet postmodum reperitur nupta. quia adulterium non committitur sine dolo. l. pe. ff. de adul. xxxiij. q. ij. cum p̄ bellicā. ¶ **I**n glo. i. ibi r̄ perite in arte illa. r̄ idem dic in alijs peritis in alijs artibus vt credatur eis cum deponunt super peritia artis eoz. ad hoc. c. tua. r̄ c. significasti. ij. de homi. vnde iudex d3 in talibus adhibere peritos vt debeant estimare sumptus factos in aliquo edificio vel medicos ad peribendum testimoniu3 an percussio fuerit letalis. r̄ idem in simili dicendum. ¶ **E**t in fi. glo. dicit **D**ost. q̄ ista p̄statio iuramenti propinquoꝝ h3 locum in omni casu in quo non constat de euidencia impedimenti r̄ hic forte fuit adhibitum l3 lra non dicat. s3 quo ad casum huius. c. placet dictum glo. vt iuramentum propinquoꝝ vel coniugum non sit necessarium ex quo per testes euidenter probari potest impedimentuz vt hic satis bene probatur r̄ in. c. laudabilem. s̄. eo. in p̄ncipi. a contrario sensu. nota tamē d̄ cum **D**ost. ¶ **I**n glo. ij. in fi. tene mēti gl. iuncto tex. r̄ idem tenet **I**mmo. in. c. p̄posuisti. s̄. de proba. ¶ **E**t hoc. n. infero ad. q. qua q̄ritur an p̄iti adhibiti per iudicē ad aliquid discernendum fm̄ artis peritiam debent p̄stare iuramentum sicut alij testes. videtur primo q̄ non. q̄ possent de facili subire piurium cum non deponunt de re p̄ceptibili sensu corporali sed iudicio intellectus. sed contrarium est verum. r̄ dic q̄ debent iurare de credulitate r̄ non d̄ veritate r̄ sic tollitur p̄cedens motiuum r̄ hoc firmat bar. in probe. ff. q̄. r̄ facit. l. hac edictali. c. de secūdis nup. r̄ ad istum tex. dic q̄ isti iur arunt pro hoc tex. ibi in fide sua vel q̄ illa abiuratio episcopi habet vim iuramēti. vt notat glo. in. c. p̄stituitis. de appel. ¶ **I**n glo. in ver. diuinum miraculum. nota bene istam glo. vsq3 ad fi. q̄ materia quotidiana. r̄ instat glo. super intellectu. c. si per fornicarias. vbi meli3 q̄ alibi. p̄batur q̄ per impotentiam ex maleficio proueniente pōt separari matrimonium nec reintegratur si postea ducat aliam r̄ cognoscat. Sed illi. c. videt̄ obstare iste tex. sed glo. primo respōdet q̄ illud. c. est hodie correctum. r̄ idem tenuit **I**mmo. in. c. s̄. p̄oxi. sed doc. cōmuniter tenent opposituz. tum q̄ ex quo non apparet expresse correctum non d3 per glo. magistroꝝ induci correctio. ¶ **S**ecūdo soluit q̄ aliud impotentia viri vt ibi. aliud impotentia mulieris vt hic. que so. etiam reprobat q̄ vir r̄ vxor non debent ad imparia iudicari. vt in. c. gaudemus. de diuor. ¶ **T**ertio soluit glo. r̄ bene q̄ ex quo vir r̄ vxor cohabitauerunt per triēnium nec potuerunt matrimonium consummare presumitur impedimentum perpetuu3. nam vt dicit **D**ost. sepe ista impedimēta sunt perpetua. vnde quando mortuus est ille qui fecit vel maleficiū est perditum vel si fuit datum in potu vel cibo. ¶ **I**tem cum ipse actor solus possit tollere non videtur possibilis reuocatio siue remotio cum dependeat ex facto vnius vt. l. apud iul. in fi. ff. de lega. i. facit q̄ notat **D**i. in regula semel deo. de re. iu. li. vj. r̄ ideo tene q̄ propter maleficiū p̄cedens matrimonium potest fieri separatio. seruatis tamen bis que habentur in. c. p̄oxi. r̄ potest quilibet trāfire ad alia

vota r̄ hoc vltimum nota. ¶ **S**ed est dubium vtrum presumatur p̄cessisse matrimonium an secutum fuisse. doc. lic3 hic dubitent videntur tamen magis inclinare in sententiam vt presumat̄ p̄cessisse r̄ sic expediantur isti r̄ non maneant impediti. nec ob. c. l3. ex quadam. in fi. s̄. de testi. vbi dicitur q̄ in dubio est pro matrimonio sententiandum. illud. n. p̄cedit vbi matrimonium potest habere suum effectum. s̄. eui rationem fornicationis vel bonum prolis q̄ hic non est propter impotentiam coeundi. r̄ nota mirabilem limitationem ad illud. c. vt nunq3 p̄sumat̄ pro matrimonio in dubio quādo non potest habere suum effectum. r̄ banc opi. sequitur do. **A**n. in. c. p̄oxi. sed ego allego glo. in contrarium. xxx. q. i. in summa. que dicunt q̄ impedimentum p̄sumitur subsecutum fauore matrimonij. p̄imum dictum plus mihi placeat ex quo nunquā potuit cognoscere illam mulierem. nam ex futuro presumitur circa p̄terituz. vt notat glo. in. c. scribam. s̄. de p̄sump. ¶ **I**n glo. in ver. per errorem. ibi si error probabilis detegatur. nota singu. hanc particulam glo. q̄ sententia potest reuocari si error p̄babilis postea detegatur q̄ intelligo quādo detegitur nō per p̄batoēs admittēdas. q̄ vt nō admittant̄ potest excipi de transitu in rem iudicatam. vt in. c. cum inter. de re iudi. s3 intellige quādo al3 in ipsa re apparuit de errore vt h3 r̄ per iura allegata in glo. p3 q̄ h3 dictum nō sit restringēdū ad cām matrimoniales. r̄ vide q̄d latius dixi in. c. ij. de purga. vulga. si tamen p̄bationes iniuste de facto admitterent̄ iudex d3 retractare sniaz si obstante q̄ trāfiret in rem iudicatā. ita sing. dixit **I**mmoc. in. c. cū dilecta. de rescrip. r̄ in. c. cū bertoldus. de re iudi. ¶ **I**tem ponit **I**mmo. h3 aliud singulare dictum q̄ si notorie appareat sniam esse iniustam d3 reuocari nō obstante q̄ nō fuit appellatum vt h3 r̄ c. ij. de purga. vulga. q̄ veritati cedit opin. viij. di. veritate r̄ c. p̄suetudo. ¶ **E**t nō ex h3 sing. q̄ snia notorie iniusta ē nulla vel saltem reuocabilis nō obstante q̄ appellatum non fuerit ē si notorietas iniuste postea acciderit vt h3 q̄d nunq3 tradas obliuioni. ¶ **E**t pōt ē ratio: q̄ snia iniusta a iur̄ sustinet̄. q̄ p̄sumit iusta p̄p̄ auctatē iudicis. vt i. c. bone d̄ elec. r̄ i. c. i p̄ntia d̄ renū. q̄ rō cessat cū notorie p̄stat d̄ iniusticia. r̄ iō alibi dicit **I**mmoc. aliud singulare dēcū q̄ si p̄s i cuius fauore lata est sentētia p̄stet eam iniustam debet eam iudex retractare. ita nō. in. c. q̄ pleriq3. de immu. eccl. ¶ **I**n glo. in ver. cui3 s̄ in fi. nō glo. r̄ sentu glo. in v. debeat. sed **I**mmo. r̄ **D**ost. tenent oppositū dicētes q̄ ex quo facto humano ē facta apta p̄ viro d3 illa restitui. nam satis est q̄ sine piculo mortis pōt cognosci. ex h. n. p3 q̄ impedimētum nō erat perpetuum. r̄ exponit **D**ost. tex. absq3 corporali piculo. i. absq3 morte. quasi velit q̄ si cū piculo sit reddita apta ex quo m̄i morte nō inducit̄ ē restituenda p̄ r̄ ita communiter vident̄ sentire doc. s3 ego dicerem s̄ dictum p̄cedere ex p̄sumptione quādo non p̄stat de d̄ia inter vtrūq3. s̄. virum r̄ vxorem. nam si vir ē adeo carnosus q̄ nūq3 posset deflorare mulierem sine piculo mortis. scd3 vō vir magis gracilis potuit eam cognoscere tūc puto q̄ nō sit restituēda p̄ l3 per frequentem vsū cum secundo q̄ nō sit reddita apta primo. r̄ hoc tacite iudicio meo senserunt **P**e. r̄ **A**bb. in quadam distinctione quam ponit **I**o. an. h3 in fi. sed ego hoc probo per istum tex. qui dicit q̄ ista erat cognoscibilis a primo ex quo potuit commisceri secundo quia erat similis primo. scus ergo vbi non erat similis. vnde tex. arguit p̄sumptiue a communiter accidentibus. secus ergo vbi probatur aperte dissimilitudo modo p̄dicto. ¶ **I**n glo. in ver. fornicatio vbi appareat retro fuisse factam iniuriam. hec solutio nō videtur bona q̄ idem concluderet respectu matrimonij cui3 contrarium innuit littera in ver. quādiu. ideo dic q̄ p̄sus vir potest obijcere fornicationem r̄ nō matrimonium quasi fornicando dedit operam rei illicite. ideo imputantur sibi oīa l3 p̄ter intētum eueniant. vt in. c. tua. de homi. s3 p̄bendo cū scdō dabat opam rei licite cum putaret se soluta a p̄. ideo p̄sus non pōt sibi opponere de adulterio. sed hodie ē dubium nūquid p̄bendo cū scdō possit repelli a p̄mo p̄textu adulterij. aliqui tenent q̄ sic p̄ istuz tex. in v. s3 ammodo nō

dz 7c. exponentes illud ver. sz ammō. i. post istam decreta-  
 lem. vt sentit Inno. quasi olim h̄ questio erat dubia. hodie  
 v̄o apra. Alij exponit ammō. i. p̄ p̄mū coitū qz post p̄mū  
 dz cognoscere qz matrimoniu erat cum p̄. 7 h̄ opi. mibi pla-  
 cet. nam credo qz etiam hodie ista mulier licite p̄beret cū se-  
 cūdo post suam diuorij latā p̄ eccliaz. nā p̄t p̄sumi qz al-  
 teri viro erat apra qd̄ est possibile fm̄ ea que. s̄. dixi. nec te-  
 net mulier redire ad p̄mum nisi verisimiliter cognoscant p̄-  
 mum fuisse aptum a p̄mū. fm̄ distinctionem supradictam.  
 Et in fi. glo. Inno. decidit opi. primam Jo. qz quilibet et-  
 iam insipiens videret qz sit absurdum qz coniunx alterius  
 ita tractaretur. vnde dicit Inno. qz ex quo fuit cognita a se-  
 cūdo dz irrevocabiler restitui p̄mū. Post dicit 7 meli-  
 us iudicio meo qz dz p̄mū restitui 7 si per triennium non  
 p̄t ab eo cognosci debet secūdo restitui irrevocabiler.  
 nam p̄sumendum est ex cursu tanti temporis differentiam  
 esse in corporibus istoz. Ultimo p̄derabis finē hui⁹ gl.  
 qz ponit vni dicitū sing. qd̄ nō 7 nō ē alibi. sentit. n. fm̄ vni i-  
 lectū qz suā in cā m̄imoniali trāsit in rē iudi. cuz est p̄fir-  
 mata p̄ duas sn̄as. qd̄ dicit nō placet do. An. qz nullū vin-  
 culū p̄t firmare sn̄am quo min⁹ error possit detegi p̄ ea q̄  
 nō. in. c. latoz. 7 i. c. tenoz. d̄ re iudi. Sz saluādo aliquē gl.  
 dic qz cū sn̄a sit bis p̄firmata nō dz qz p̄ ea audiri nisi cum  
 stricta cāe cognitione. nā vt dicit Inno. in. c. tenoz. de re iu-  
 di. ē p̄tra vni sn̄az nō dz qz audiri de facili. qz for⁹ qn̄ su-  
 it bis p̄firmata. Itē ego do aliu intellectū ad glo. vt ē in cā  
 m̄imoniali nō possit tertio appellari. non tñ p̄ hoc excludit  
 qn̄ possit p̄bari siue p̄poni iniusticia sn̄ie p̄ viā q̄rele. 7 iste  
 intellect⁹ ē verissim⁹ in se. p̄ hoc qd̄ in s̄it dicit glo. nō. in. c.  
 ad rep̄mē. de of. ordi. Et ē d̄ia magna vtz audiat qz p̄ viā  
 appellatōis an p̄ viā q̄rele. vt r̄d. i. d. c. ad rep̄mē dā. **U**-  
 timo scias qz bec l̄ra inducit ad q̄onez. an lazar⁹ 7 alij resu-  
 scitati recuperent vxozē 7 filios 7 alia bona. Idē q̄rit de bap-  
 ptismo ordie 7 p̄fessione religionis. Itē si reliq̄ aliq̄ eccl̄ij  
 nūqd̄ possit illa reperere. de bis vide gl. 7 archi. xxxij. q. vij.  
 c. ij. 7 p̄ Jo an. hic q̄ allegat p̄ 7 p̄tra p̄. **B**ar. b̄rixē. 7 ali-  
 os antiquos. 7 v̄ p̄cludere qz ea q̄ ip̄muni aie nō p̄dide-  
 rit. 7 sic nō ē op⁹ tractare de recuperatōe. exēplū i ordine ba-  
 ptismo 7 filib⁹ sacris ex qb⁹ character imp̄dit aie. naz sicut  
 aia ip̄a nō morit. ita nec sibi imp̄ta. Idē s̄it Jo. an. i. p̄f-  
 sione nō qz p̄ p̄fessionē imp̄mat character. sz qz obligatio in  
 de orta acq̄it deo qz nō morit. vt nō. in. c. fi. de p̄di. appo.  
 In alijs v̄o q̄ inheret corpori tenet qz si vere fuit mortu⁹ nō  
 recuperat illa bona de rigore. lec⁹ si credebatur mortu⁹ 7 non  
 erat vt qz rep̄t viu⁹ i monumēto. Idē in cāu dubij 7 fac̄ h̄  
 l̄ra in eo qz dicit impedimētū ē p̄petuū qd̄ sine miraculo di-  
 uino nō p̄t remoueri. sz glo. in. l. nā ad ea. ff. d̄ legi. 7 i. l. si  
 tuus. de ac. 7 obli. s̄it oppositū vt indistincte bona recuperet  
 dicit. n. qz resuscitat⁹ rūpit testm̄ qd̄ aīa fecerat 7 auferet bo-  
 na hereditib⁹. 7 idē ḡnalit̄ videtur seq̄ Ray. 7 Guil. de cu. 7  
 Bar. in. d. l. nā ad ea. **M**otiuū eoz p̄ncipale ē. qz si restō  
 p̄ncipis refert ad oīa. l. i. in fi. c. de sen. pas. 7. ij. q. ij. in. fi.  
 for⁹ restō dei dz opari h̄. nā resuscitat⁹ v̄ p̄ summū p̄nci-  
 pē restituit. v̄ vt p̄ena sit restō dz oīa recuperare. in vxozē  
 tñ sec⁹ sentiūt. qz illā nō recuperat restituit iure postliminij.  
 vt in. l. n̄ vt a p̄e. 7 in. l. cū due. ff. d̄ cap. 7 postli. reuer. Sz  
 certe de iure canonico nō ē d̄ia inter filios 7 vxozē. qz p̄ ca-  
 p̄ritatē n̄ sepat̄ m̄imoniū sic de iure civili. vt in. c. d̄ns de  
 scōis nup. 7. xxxij. q. ij. cū p̄ bellicā. d̄ rigore plz mibi opi.  
 Archi. 7 Jo. an. qz actio sel̄extincta ampli⁹ nō reuiviscit. d̄  
 p̄se. di. iij. c. q̄ris. facit. c. ex trāmissa. de renū. sz de eq̄tate  
 p̄cedit opi. legistaz. **D**ico igit qz p̄ mortē soluit religio. qz  
 nihil aliud ē religio nisi qd̄dā votū obligās in humanis. ad  
 h̄ qd̄ nōt glo. in. c. fi. d̄ sepul. li. vj. 7 sic nō ob. motiuū Jo.  
 an. qz sz obligatio acq̄rat deo tñ ē restricta ad ip̄us. v̄ p̄  
 resuscitatōez ē noua vita. sz de eq̄tate p̄t p̄cedere d̄m̄ su-  
 um sz nō ē sp̄ale in religione. qz idē i alijs r̄galib⁹. vt. s̄. d̄  
 xi. nec ampli⁹ i s̄to qz raro v̄l nunq̄ p̄acticabit ista qd̄ 7c.

**Littere.** Legit tribus modis. p̄ qz loquat̄  
 in maleficiato. 7 in h̄c intellectu

summo sic. **S**i vir maleficiatus nunquam potuit cognoscere  
 vxozem cui per triennium cohabitauit ip̄is cum septima pro  
 pinquoꝝ manu h̄ iurantibus m̄imoniū sepat̄. h. d. **S**e-  
 cūdo mō legit sic qz nō loq̄t in maleficiato sz i frigidō. vt te-  
 nuit Inno. cui⁹ lec. cōter nō recipit sz tñ i se vera ē. 7 dicen-  
 dum vt habuisti in. c. laudabilē. s̄. e. **T**ertio mō legit ibe-  
 rēdo v̄bis l̄fe ḡnaliter cū vxoz dicit vtz nō h̄e potētiā secū-  
 cocūdi nec exprimit ex qua cā 7 sic facit ad tertiā partē rubri-  
 ce 7. h. d. **S**i vxoz dicit vtz cui cohabitauit p̄ triennū nō h̄e  
 potētiā cocūdi eis hoc iurātib⁹ cū septima manu p̄pinquo-  
 ruz m̄imoniū sepat̄. h. d. p̄ p̄sultatio. scōo r̄isio. scōa ibi  
 quocirca. **C**astus l̄falis. **Q**uedā cā m̄imonialis verteba-  
 tur inter. **M**. mulierē 7. **A**. vtz eius: illa fuit cōmissa q̄bus/  
 dā iud. ab⁹ p̄ se. apo. corā q̄bus ex p̄te mulieris fuit p̄po-  
 sitū qz iam. viij. annis elapsis fuit dicto viro m̄imoniali co-  
 pulata 7 diu cohabitauit eidem: 7 adhuc integra p̄manebat  
 qz dicitur. **A**. nō h̄bat potētiā cocūdi quare petebat diuor-  
 tū celebrari. predictus vir fatebat qz nūq̄ cā cognouerat  
 tñ dicebat se h̄e potētiā alias cognoscendi. **J**udices timē-  
 tes ne illud p̄stiterent in fraudē fecerunt illā inspicere p̄ maro-  
 nas fide dignas 7 exptas in ope nup̄tiali q̄ p̄hibuere illā ad  
 huc virgine p̄manere: 7 postmodū fecerunt i q̄ri p̄ parochiā  
 illius viri si aliquā cognouisset: nec potuerunt inuenire qz ali-  
 q̄ cognita fuerit ab eodē. **M**ulier iust ter diuorij postula-  
 bar: vir v̄o dicebat qz paratus erat stare p̄ filio eccl̄ie. indices  
 p̄ceperunt eisdē vt p̄miaz agerēt d̄ cōmissis 7 sic forte deo vo-  
 lere m̄imoniū p̄firmarēt. tādē reuer si ad indices dicebat qz  
 nō poterat carnaliter p̄misceri v̄i totū negociū d̄no pape per  
 suas l̄ras intimat petētes qd̄ sup hoc eēt agēdū. m̄dat pa-  
 qua. si ē ita 7 p̄stiterit illis qz infra. viij. annos p̄dictos vir 7  
 mulier p̄ p̄tinuū triennū in simul habitassent si iurauerint cū  
 vij. manu p̄pinquoꝝ qz nō poterint carnaliter cōmisceri sn̄az  
 diuorij p̄ferant inter eos. **B**er. **M**o ibi octo annis elap-  
 sis. qz nō ob. annoꝝ numer⁹ quo min⁹ possit allegari im-  
 potētia alterutri⁹ p̄ingū 7 peti separatōez m̄imoniū. hoc ē  
 indubitatū cū vterqz impotētiā p̄stet vt hic vel cū clare p̄-  
 bari p̄t. vt. s̄. c. pri. qd̄ aut si v̄i p̄stet 7 alter negat 7 nō  
 h̄ntur p̄barōes euident̄: dic vt dixi in. c. i. r. ij. s̄. e. qz tex. ad  
 h̄c caluz p̄e adaptari debēt. **S**cōo colligo. h̄ vltra ali-  
 os casuz aptū intelligēdo qz loq̄tur in maleficiato vt cōter  
 tenet qz ex quo m̄imoniū nō ē p̄summatū maleficiū p̄sumit  
 p̄cessisse m̄imoniū. nā vt hic vides nec allegatio nec p̄barō  
 facta fuit semp̄ p̄oitate r̄pis. sz p̄barō maleficio m̄imoniū  
 sepat̄. 7 nemo ad hoc ponderauit istū tex. nec ego al. sz n̄c  
 mibi accidit legēdo lec. 7 ē p̄ glo. ordi. xxxij. q. i. c. reḡisti. 7  
 facit p̄ opi. quā recitauit 7 tenui. s̄. c. pri. **T**ertio nō bo-  
 tex. p̄ bis q̄ tenui p̄tra cōem lec. in. c. laudabilē. s̄. e. qz p̄f-  
 sio v̄riusqz p̄ingū vna cū septima manu p̄pinquoꝝ nō suf-  
 ficat ad separatū sine cohabitātōe triennij imo plus p̄batur  
 hic qz nō sufficit p̄barō v̄ginitatis lōgo t̄pe habite. 7 sz vir  
 diceret se alias cognouisse hoc tñ nō p̄bat. **N**ec ob. si dica-  
 tur h̄az loq̄t in maleficio qz i tex. hoc nō exprimit sz solū ḡna-  
 liter allegat ipotētia cocūdi. **E**t ex B. 7 ex tex. h̄i nōbis qz  
 petēs separari m̄imoniū p̄ impotētiā mariti n̄ tenet specifi-  
 care cām impotētie. sz satis ē dicere vtz nō h̄e potētiā secū-  
 cocūdi. qd̄ t̄z hic hosti. 7 t̄z Jo. an. 7 cōter sequit̄ oēs. 7  
 idē tenui sup rubrica. **E**t ex hoc h̄es casuz qz i actōe p̄sona  
 li nō tenet qz exprimere cām. 7 hoc id vt arbitoz. qz dubie-  
 tas. puenit ex facto aduersarij quo cāu admittit libellus ge-  
 neralis 7 alternatiuus. vt in. c. p̄stitut⁹. 7 ibi p̄ Inno. d̄ rest.  
 in. inte. facit. l. q̄ de tota. s̄. icerte. ff. de rei v̄e. 7 in. l. ij. ff. quo-  
 rū le. sentit glo. nō. xxxij. q. i. c. reḡisti. q̄ etiā dicit qz p̄po-  
 nēs ē ḡnaliter impotētiā cocūdi v̄ omne ius suū in iudiciū  
 deduxisse. vt in. c. abbate sane de re iudi. lib. vj. p̄ qd̄ arguit  
 h̄ Jo. an. qz succūbēs i bac ḡnali petītōe nō poterit postmo-  
 dū allegare frigiditatē. vel aliud impedimētū. secus vbi p̄f-  
 se fundasset sup cā specifica. **E**t nō sing. ex h̄ dicto qz sn̄a in  
 tali cā trāsit i rē iudicatā qd̄ nō memini alibi me legisse. 7 p̄  
 hoc facit. qz in hoc casu cessat p̄culum aie rōne cui⁹ sentētia  
 nō transit in rem iudicatam. nam si non potest stare vt vxoz

stabit ut foror & sic nullum peccatum imminet sed meritum  
 ut in. c. si tu abstines. xxvij. q. ij. & in. c. si deo patri. xxvij. q.  
 ij. facit. c. consultationi. s. c. & h. n. & semper tenebis menti.  
**N**o q. deus fuit auctor & institutor matrimonij. & ex h. ba  
 bes vna excellentia ista sacramenti. alia excellentia e rone sta  
 tus qz fuit institutum in statu inocentie. s. i. paradiso vt i. c. i.  
 de voto lib. vj. Alia vo sacramenta fuerunt instituta post pecca  
 tu. Ite excellit rone rpiis. qz ab initio mundi fuit institutum  
 Ite rone loci qz in paradiso. Ite rone coitatis. qz omnes  
 gentes fere vtuntur eo. & vide de his que nota. hic. Posth.  
**I**n glo. ij. in fi. ex hac colligit pma lectu. ad tex. qua no. &  
 dic vt notu fuit. s. c. pri. in glo. in v. diuinu miraculu. vbi dicit  
 latius de hac ma. Inno. hac lec. no approbat dicens qz pp  
 maleficiu no dz mrimonium separi cu no sit impedimtu p  
 petuu. & intelligit istu tex. in frigidu. nam de maleficiato nul  
 la metio fit h sz allegabat impotencia coeudi in gne. & ad. c. si  
 p forniarias. dicit qz e correctu. hec lec. coiter no approbat  
 vt. s. dixi & qz possit separi pp maleficiu satis dixi in. c. s. p.  
 xi. in glo. pal. na vt dicit Post. & bñ si loqref de impotentia  
 nali no fuisset h iniucta pna de commissis. qz p penitencia non  
 tollitur de facili impedimta nalia. Ite vir allegabat se pote  
 tia hie mulieres alias cognoscendi & hec lec. e bona & coiter  
 approbat. **T**ertia lec. e vt tex. intelligat gnatr vbi cuqz al  
 legat impotencia coeudi. no. n. tenet mulier specificare cam i  
 potencie cu de facili no possit picipi maxime p muliere. & iste i  
 tellect e e bono i se & nobilis. & p hoc facit rubrica i tertia  
 pre vbi fit metio de frigiditate de maleficio & gnatr de ipote  
 tia coeudi. **I**n glo. in v. institutor. ibi ab ada. lz glo. repro  
 bet pma opi. tu m ea tene. nec ob. motuu glo. qz Adā dixit  
 illa vba ore. pphetico vt e tex. xxxv. q. x. c. frmitatis. & vide o  
 bter. cu glo. i. c. i. de voto. li. vj. **I**n glo. i. v. p. inuuz. i. fi.  
 no glo. & dic qz i maleficio ista cohabitatio trienuj sep requit  
 qz illud impedimtu e accidetale & nonu qz tpe remouet ma  
 xime p acta penitencia. In alijs vo impedimtis naliibus vbi  
 de his veraciter no pstatet vt p aliq signa euidentia no e op  
 trienio. vt. i. c. i. s. eo. Sz vbi signa eent dubia tē dat trienuj  
 & iste e ppiu caus. d. c. laudabile. s. e. & dic vt ibi dixi & i. c.  
 i. s. eo. **I**n glo. fi. ibi m si adulteriu comitteret. no bñ gl.  
 & dicit Jo. an. qz si p aliter itellexit. pbatōez vginitaris p af  
 pectū glo. vey dicit sec. si itellexit de iuramento. p pinqoz  
 no sing. dcm Jo. an. lz. n. succinate loqf. bz m dcm sui iur  
 tra glo. hac sniaz. qz ad separoēz mrimonij hēdā pp malefi  
 ciu necessario no requit. pbatō vginitaris. qd dcm satis mi  
 bi placet vt viduaz nuptijs no desit hoc remediū separoīs.  
 & p hoc allego. c. si p forniarias. xxvij. q. i. vbi nihil dicit p  
 batōē vginitaris. An ad cautela iudices fecerūt hic muliere  
 ispici. no. n. e verisimle piuges fallu iurare ex quo pping qz p  
 sumunt hie noticiā stat. mrimonial iurat qz eos credit ve  
 rū dicere. lz iuramentū ppiquoz sep e necessariū. qz pbatō  
 vginitaris e ar. fallax. cu rōe odij possēt mrimoniū si psumat.  
 & pfectio piugū no e multū valida. vt in. c. sup eo. de eo q co  
 gn. p san. vro. sue. Quid aut si no possunt bēri. pping saltez  
 numero septē. Cōcludūt doc. qz pauciores sufficiūt maxie  
 cū fama. arg. c. si duo. xxxv. q. vj. In defectū m. ppingoz  
 debēt vicini adhiberi. & si no pnt haberi pp discordiā. vt qz  
 isti sūt forēses tūc sufficiūt pauciores. vt. s. dixi. no. n. e d fa  
 cili recedēdū a forma hui. c. **U**ltio h qrit qñ icapit cur e  
 re istud trienuj. dicit Post. qz a tpe pte pnie & monitōis  
 face p iudicē. Inno. Vinc. & Abbas dnt sufficere qz p tē  
 niū ptnuū cohabitauerit siue añ siue post. & h mibi pl. plz  
 p istū tex. i. fi. ibi. j. pdictos. viij. annos. nā loqf de ill. annis  
 q pcesserūt qrelā nūc expōitā corā iudicib. fateor m qz p  
 pniaz iniuctā debēt cohabitare aliquo tpe ad arbitriū iudicis  
 moderādo vt. pbat lra h i v. & si forte placeret deo tē. & dnt  
 aliq. necessario no regri qz istud trienuj sit ptnuū. lz satis e  
 vt cōputatis rpiib. cohabitatiois resulet trienuj ptnuū. vñ  
 si i trienio marit. fuit abñs p sex mēses i pegratioē poterit  
 illud suppleri ab aūriori tpe alias tolleret pegratio & alia  
 negocia necēa. a. credo qz h fuit d mēre lre. lz quo ad cōicē  
 lra vñ inuē pniū dū regri trienuj ptnuū & n iterpollatū tē.

De mrimonio & interdicti ecclie. Rubrica

**Q**z interdictū ecclie sup mrimonio pbedo qñqz impedit  
 ipz mrimoniū. qñqz ipedit & dirimit iō p mltā impedimta  
 s. tractata auctō subijcit hāc rubricā. & vide ad māz hui. ru  
 brice qd not glo. s. de spō. du. i. c. tua.

**L**ittere. ecclie vel iudicis factū seu  
 pntū pp hoc solū nō dirimit. imponit tam  
 pnia sic pntū & sepāt dōec cogscat d cā  
 interdicti. b. d. i. effectu tor. iste titulis. Sūt  
 due pres. in pma facti narratio. in scda rñtio. ibi mādamus.  
**C**asus lralis. Quidam iurauit forozem suam iam nub  
 lem se daruz cuidā in vxozē ea pntē & pntēre q postmodū  
 munera & dona fm mozē terre recepit ab illis: ipz tāqz pp  
 uz spōsū sepi amplexādo. tadē mortuo frē suo a frē spōsū se  
 despōsari pmisit dices qz ab eo cognita fuissz. Eps loci pce  
 pit eidē vt alicui illoz nuberet aut et alij. ipsa supro mādaro  
 epi cū alio pxit pp qd eps ei pcepit vt ad domū mris redi  
 ret. ipa se. apo. appellauit. Eps scñ dño. pape significauit.  
**M**adat pa. q. si e ita pstatā mlierē ad domū mris redire cō  
 pellat iposita sibi pnia pdigna de tāto excessu ne mādatus  
 videat & p mēse ad tertiu viz reuertat. Ber. **N**o p ibi  
 pntē & pntēre. qz ex spōsalib. pntis p frēz foroz non obli  
 gat ex sola pntia. lz oz qz pntentia salte tacite p aliq signa. se  
 e in spōsalib. pntis p pntes. qz tūc sola pntia hē qz pntē.  
 vt in. c. vnico de despō. impu. h. vj. in fi. & ibi Jo. an. firmat  
 hāc pclutionē in nouella. sic intellige istū tex. **N**o scdo qz  
 receptio munez amplex. & oscula nō faciūt spōsalia trāsire  
 in mrimoniū. & nimiz cū attētar. cople nō sufficiat. lz oz qz  
 pte cognoscat. vt in. c. adolescēs iūcto. c. is q de spon. & nō  
 qz mrimoniū cū alia pntū nō obstant. spōsaliū & recep  
 tōe munez & osculis & amplexib. & i hoc tene mēti istā hāz  
 qz nescio alibi ita bonū tex. **N**o bo. tex. qz mrimoniū se  
 quēs cū alia mlierē rūpit spō. pcedētia e si pcessit interdictū  
 ecclie. Interdictū ergo iudicis factū spōsō de futuro ne cō  
 trabat nō hz dirimere mrimoniū cū alia pntū. vicit g mrimo  
 niū spō. & interdictū. & itellige d iter dicto scō ex cā rpalī. sec.  
 si pp impedimtu ppenuz. qz tunc tale iter dictūz e dirimit.  
 vt nō. glo. i. c. tua de spō. du. **I**n glo. ij. ibi expse. idē dic  
 si tacite pura recipiēdo postmodūz dona ab alio viro tāqz  
 a spōsō vel illuz amplexādo vt spōsūz. nō glo. j. i. v. tāqz. &  
 nō sing. allā gl. facit. c. ad id qd. s. de spon. & tex. cum glo. in  
 c. litteras. s. de despon. impu. **I**n ea. glo. ibi sed frater ad  
 hoc obligat. nō glo. qz p m. itēs se daruz alicui forozem in  
 vxozem obligat ad iducēdū forozē vt cum illo pbat qd de  
 clara. vt plenus dixi in. c. ex litteris. ij. s. de spon. **I**n gl.  
 in ver. prohibuissz. ibi & bene. nota ex glo. iuncto tex. vnuz  
 remediū proditum sponso si dubitat ne sponsa contrabat  
 matrimonium cum alio vt implozet officium iudicis qz sub  
 pena excommunicationis interdicitur sponse ne contrabat  
 cum aliquo alio matrimonium. Et ex hac glo. iuncto tex. nō  
 qz e vbi nō iteruāt iuramentū nō lz spōsore filire a spōsa sine cā  
 qd e scit glo. fi. nā h mulier non iurauit sed frater tē.

**E**x litteris. Sūmatū e. s. c. pri. vel als sic  
 iterdictū ecclie pcta nō hnt dirimere mrimoniū po  
 stea pntū cū alia. i pma narrat scñ. i scda illud diffiniēdū cō  
 mittit. ibi mādam. **C**asus lralis. Quidā filia suā. M.  
 noie abñre despōsavit cuidā. R. noie. postmodū orta luspī  
 tōe qd idē. R. aliā velle accipe i vxozē. delata fuit qd sup h  
 ad archiep. & sub itermiatōe anathematis. pibuit ne añ qz  
 de cā pstatet vir aliā accipet i vxozē sz ipe nō ob. pibitōe  
 quādā aliā sibi solēnter copulauit: lz cū archiep. velle co  
 gnoscere de p mrimonio mlier ad se. apo. appellauit. archi  
 eps ei. appellatōi deferēs pcepit eidē mulieri sub pena ex  
 coicatiois ne alicui nuberet donec cā finē dbitū fortiret: ipa  
 m de appellatōe pnta alii i viz accepit. archiep. negociuz  
 istud do. pa. significauit vñ ipe mādat eidē. q. si nihil pntue  
 rit qz ipediat pter pntēz de futuro q iter pstatū. R. & M.